



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Igneæ compositiones pro festiuis diebus. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

*Funis, qui incensus, neq; fumum, neq; odo-
rem faciat.*

In diurnis, nocturnisq; clandestinis congressibus assue-
ti sunt milites, vel venatores funem concinnare, qui in-
census neq; odorem, prope aut lögè, neq; fumum con-
ficit, nam feræ accensi funis odore expulsæ in summo
montium se colligunt. Sumito nouā ollam, & in ea fu-
nem nouum accommodato ita diligenter, ut tota replea-
tur, ita spiratum coarctatum, ut nil amplius capere pos-
sit, operculato, & luteo optimè ter, quater, ut ne respi-
ret, nam hinc omne dependet. Ignem postea in gyrum
accendit o paulatim, ut primò calefaciat, mox ferueat, tan-
dem ignescat. & si interdum fumus spirabit, argilla con-
tinuo obturato, tandem carbonibus tumulata frigescat
ex se, & aperta olla, funem reperies nigrum, velutū car-
bonem, qui incēsus neq; fumum, neq; foetorem dabit.

Igneæ compositiones pro festiuis diebus. CAP. XI.

DIXIMVS terribiles, horrificos, & incendiarios i-
gnes, æquum est aliquos docere pro festiuis die-
bus, nec tam pro vñibus ipsi docentur, quam quod an-
sam præbent altiora excogitandi. Conficiendi modum
igitur ostendamus,

vt aliquo cubiculum ingrediente rotus aer igniatur.
Sumatur quantitas magna aquæ vitæ optimè repurga-
te, & in ea proiectatur caphura particulatum cōcisa, nam
breui spatio in ea dissoluetur, iam dissoluta, fenestræ, &
fores cubiculi claudātur, ne exhalans vapor foras expi-
ret. Vas vbi aqua plenū est, sine flamma carbonib. sub-
iectis ferueat, ut tota aqua in fumum soluatur, qui cu-
biculum expleat, & adeo tenuissimus erit, ut vix cōspici
possit. Cogatur aliquis accensa in manu candela cubi-
culum ingredi, nam aer visa candela rotus accenditur,
& cubiculum totum inflammat, ut fornax accēsa vi-
deatur, maximumq; terrorēm introcunti incutit. Si in
aqua moschum, aut minimum ambarē dissoluatur,
post flammam maximus odor sequetur. Fin &

Aqua ardentissima

Hh

Hoc modo. Vetus validum, & nigrum vinum habeas; intus viuam calcem immittes, tartarum, sal, viuumq; Sulphur, retorta vitrea aquam exugito. Hæc mire ardet, nec ardere desinet, donec tota consumatur. Si in patentioris oris vas pones, & flammarum admoucas, illico ignem arripit, si in murum proieceris accensam, vel noctu è fenestra, innumeris scir. tillis, & igniculis accensum aerem videbis. Ardet in manibus delecta, nec comburit multum, si iterum distillabis, minus ardet. At si sequas partes calcis, & salis accipies, ac communio oleo perinisces, pilulas efficies, & per collum retortæ in utrum trahies, mox vehementi igne oleum exuges, & oleum iterum remisce sali, & calci, & iterum distillabis, idque quater feceris, oleum prodibit miræ accensionis, ut merito infernale oleum ab aliquibus notinetur. Pro scenis festiuus ignis componitur. Si caphura in qua vitæ dissoluta fuerit, & ex ea perlantur teniolas chartæ pergamenæ, & resiccatæ aëcendantur, atque ex alto cadant, per aera incensæ & serpentes non sine iucunditate conspiciuntur. Sed si

Flammam eminus proiecere
quæsieris, ita facies. Colophoniam, thus, vel succinum subtiliter contunde, & in palma manus statues, & inter digitos candela accensa statuatur, & dum puluerem in altum proiecis, transeat per candelæ flammarum, nam in altum se extollit flamma. Si vis, multæ

Candele celeriter aëcendantur.

In festiuis diebus, vt audio, apud Turcas fieri solitum. Sulphur & auripigmentum cum oleo coqués, & in eis filum ebullire sinito, resiccatum per candelatum elychnia ligetur, transeatq; , nam ex uno capite accensum curret per omnes flamma, & incendet. Aliqui Hermatis vnguentum vocant. Poterit quisque

in tenebris comedens ex ore scintillas diffundere;
Non sine iucunditate conspiciuntur, quod eueniet, si quis saccharum cadum edat, nam dentibus confringens, videbuntur ex ore scintillæ moueri, ac si quis rationem perfriauerit.

De ali-